

70.

Vir Amplissime!

Tab. 180. *Oxalis violacea*.

185. *Scabiosa rigens*.

186. *Euphorbia canescens*.

188. *Euphorbia Paralias?* si planta glauca erit haec nec alia, in mea videntur petala integra.

179. *Cheiranthus fenestralis*, a me in Europaeorum hortis, ni fallor, primum introductus.

108. *Orchis sambucina* mea.

Grates reddo maximas pro seminibus *Thalictroidis*.

Ultimo dum scripsi raptim, dum dysenteria in agone erat uxor mea, scripsi de *Doronico Tuo*, quod radius esset absque pappo cum filamentis, credens esse aliam speciem, sed perperam, radius enim est femineus cum semine papposo.

*Psoraleae* tuam speciem non novi.

Tuus

*Car. Linné.*

Ups. 1773. Aug. 25.

71.

176. *Verbena* Tua pulcherrima est planta . inter omnes Tuas figuras haec mihi videtur minus bona . facias aliam cum longiori spica ut melior se sistat. *Verbena Aubletia* . patria Peru et Florida. Figura gallica certe pulchrior est.

173. *Corchorus trilocularis*, ubi setae infimae serraturae in mea adsunt.

182. *Hyssopus Lophanthus* . bene.

174. *Astragalus an trimestris?* caulescit ut uncatu.

177. Profecto mira planta; posses certe aut dare mihi aliquot semina, aut specimen siccum, nam vellem hoc ge-